



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

12. [i.e. 13.] De quodam Aleatore, qui pecunijs amissis desperabundus imaginem crucis saxo ferit, quæ sanguinem emisit: Aleator ipse diuina vltione horrendè punitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

pro Deo aurum colat, Sagittarius quidam populationis spe sagittam in eum ipsum locum direxit, vbi in Christi imagine confixa fuit, mox tanquam ex viuentē corpore à ligno Christi effigie sanguis manauit. Ea re territus Vernherus, cruce sumpta, mare ad bellum contra Christi hostes gerendum traiecit: imago autem sagittaque sanguine conspersa, in hunc usque diem asseruantur.

Conradus Lycosthenes libr. 14. Theatri, citat.

M. Frischium in Meteoris. Aleator quidam pecunijs amissis desperabundus imaginem crucis saxo ferit, qua sanguis emisit. Aleator ipse diuina ultione horrore punitus.

C A P. XIII.

DVDA, Pannoniæ vrbe, duo aleatores conuenerant, vt alter in Dei nomine, alter in nomine diaboli luderet. Quod Deum nequitia fauorem faciebat, pecunijs omnes, ipsas quoque vestes amisit: intertempore nocte desperabundus domum rediens, per coemiterium iter facit. Ibi saluatoris crucis imaginem conspicatus, ira & furore pleuroctaxum arreptum violenter fronti illisit. Nervosè igitur saxum in vulnere hæsit, & copiosus sanguis profluxit. Coemiterio vicinior habitabat lanus senex podagricus, is per eandem vocem incertam audit: surgeret, & cubile proximum quemuis sibi obuiam factum excutit, & foderet. Quam vocem cum tertio iterum

multis cum minis instantem audiuiſſet, parere decreuit. Itaque cum prius ne mouere quidem ſeſe lecto poſſet, impigrè ſurgens, laniario cultro arrepto, in cœmiterium deſcendens, aleatorem inſœlicem furibundum ſibi obuiam factum cultro confixit. Hoc patrato facinore, iudicis eſdes accedens, aditum & colloquiũ poſtulat. Iudex non credere, ſed phantaſma dæmonis arbitrari. Tandem admiſſus, ſomnium & cædem indicat. Cum iam illuſiſſet, ad cœmiterium conueniunt, cadauer circumſtant. Interim dæmones cum terribili vlulatu in ſublimè raptum cadauer, ex hominum conſpectu abſtulerunt. Ea res, præter vulnus crucifixo illatum, aleatoris perfidiam arguit, & lanium à periculo liberauit.

Eutropius li. 21. rerum Romanarum, de quodã Constantino, imaginem Dei genitricis violante, eiusq; diuina ultione.

CAP. XIII.

Constantinus quidam ſtrator Artabaſdi, videns imaginem Dei penitricis ſtantem, apprehenſum lapidem aduerſus eam proiecit, & contriuit: & cum cecidiſſet, calcauit. Et vidit in ſomnis aſtante ſibi Dominam noſtram, & dicentem: Noſti quàm fortem cauſam in me operatus fueris, verùm contra caput tuum feciſti. Poſteà verò dum Sarceni aduerſus murum congreſſionem facerent, & ageretur bellum, currens ad murum vt fortis miles inſœlix ille, eiicitur à lapide trans-